

emortuæ sunt. parotidas comprimi columbinū stercus uel per se: uel cū farina hordeacea aut auena  
cea noctuæq; cerebrū uel iecur cū oleo infusum auriculæ aut parotidæ. multipeda cū resina tertia il-  
lita. grilli siue illiti siue adalligati. At reliqua morboꝝ genera medicinasq; ex iisdē animalibꝰ aut eius-  
dem generis sequenti dicemus uolumine.

CALLIPL INII SECVNDI NATVRALIS HISTORIE LIBER. XXX.  
PROOEMIUM

De origine magicæ artis: quando & a quibus cœperit: & a quibus celebrata  
fuerit: & reliquæ ex animalibus medicinæ. Cap. i.



**M**agicas uanitates sæpius quidē antecedentis operis parte ubicunq; causæ locū  
q; poscebāt: coarguimus. Detegemus etiā nūc in paucis. tamen digna res est de  
qua pla dicantur uel eo ipso quo fraudulentissima artiū plurimum in toto ter-  
rarū orbe plurimisq; sæculis ualuit: auctoritatem: ei maximam fuisse nemo mi-  
retur: quandoquidem sola artiū tres alias imperiosissimas hūanæ mentis cōple-  
xam unam se rededit. natā primū e medicina nemo dubitat: ac specie saluari irrepsisse uelut altiorē  
sanctiorēq; q̄ medicinā ita blādissimis desiderantissimisq; pmissis addidisse uires religiōis ad quas  
maxime etiā nūc caligat humanū genus. Atq; ut hoc quoq; suggesserit miscuisse artes mathematicas  
nullo nō auido futura de sese sciendi: atque ea e cælo uerissime peti credente. ita possessis hominū sē-  
sibus triplici uinculo in tantū fastigii adoleuit: ut hodieq; etia in magna parte gentiū p̄ualeat: & iorē-  
te regū regibus imperet. Sine dubio illic orta in perfide a zoroastre ut iter auctores cōuenit. sed utrū  
unus hic tantū fuerit: an postea & alius non satis constat. eudoxus qui inter sapientiæ sectas clarissi-  
mā utilissimāq; eā intelligi uoluit zoroastre hunc sex milibus annorū ante platonis mortē fuisse p-  
didit Sic & aristoteles. hermippus qui de tota ea arte diligentissime scribit: & uicies cētū milia uet-  
stū a zoroastre condita indicibus quoq; uoluminū eius positis explanauit. etiam præceptorē a quo  
istitutū diceret tradidit agonacē. ipsū uero q̄nq; milibus annorū ante troianū bellū fuisse. mirū hoc i-  
primis: dūrassē memoriā artēq; tam lōngo æuo cōmentariis non intercedentibus: p̄terea nec claris  
nec continuis successiōibus custodita. istos enim quisq; cōi auditu saltē cognitos habetq; soli co-  
gnominantur. apuscoꝝ & zoratū medos: babyloniumq; marmaridiū: & arabē. hippocum: assirium  
uero zarmocenidam: quorū nulla extant monumenta maxime tamē mirum est in bello troiāo tantū  
de ea arte silentiū fuisse homero: tantumq; operis ea eadē in Vlyxis erroribus: adeo ut totum opus  
nō aliū de constet. siquidem prothea & sireiū cantus apud eū nō aliter intelligi uolunt. Circen utiq;  
& inferorū euocationē solum hac agi. nec postea quisquā dixit: quoniā mō uenisset telmessum reli-  
giosissimā urbē. quādo transisset ad thessalas urbes: quare cognomen diu optinuit in orbe alienæ  
gentis. troianis itaq; tēporibus quam Chironis medicinis contentu esset solo marte fulminante. mi-  
ror equidē illis populis famā in tantū adhæsisse ut menander quoq; litterarū subtilitatibus peritus  
in eadē telmessō genitus thessalm cognominari fabulē complexam ambages scēmimarum detra-  
hentium lunam. orpheā putarem e propinquo primū intulisse ad uicinas usq; superstitiones ac me-  
dicinæ profectū: si nō ex persis esset uis tota in thraciāq; magice delata fuisset. primus q; extet: ut equi-  
dē inuenio cōmētatus de ea erat hosthanes xersem regem persarū bello: quod is gratiā itulit comi-  
tatus: ac uelut semina artis portērsæ aspersisse obitet interfecto quacunq; cōmeauerat mutido. Diligē-  
tiores paulo ante hunc ponunt zoroastrem aliū proconesum. Quod certum est: hic maxime hostha-  
nes ad rabiem nō auiditatem mō scientiæ eius græcorū populos git. Quāquā animaduertam sumā  
litterarū claritatem gloriāq; ex ea scientia antiquitus & penē semper petitam: certe pythagoras em-  
pedocles. Democritus plato ad hanc discenadam nauigauere: exiliis uerius q̄ peregrinationibꝰ susce-  
ptis. hanc reuersi prædicauere hanc in archanis habuere. Democritus appollōicē Captidenē & darda-  
nū e phœnice illustrauit uoluminibus Dardani e sepulcho eius petitis: suis uero ex disciplina eorū  
editis. Quæ recepta ab aliis hōium atq; transisse per memoriā æque ac nihil in uita mirandū ē. in  
tantū fides istis fasq; oē deest. adeo ut ii qui cetera de uiro illo probant hæc eius opera esse inficiuntur.  
Sed frustra. hunc enim maxime affixisse animis eā dulcedinē constat. plerūq; miraculi & hoc pariter  
utraq; artes effloruisse. medicinā dico: magicēq; eadē ætate illā hippocrate: hanc Democrito illustrā-  
tibus circa peloponnesiacū græciæ bellū: quod gestum est a trecentesimo urbis nostræ anno. Est &  
alia magices factio a mose etiam nūc: & lotopea iudæis pendens. sed multis milibus annorūq; post  
zoroastre. Tanto recentio est cypria. non leuem & alexandri magni temporibus auctoritatem ad

Quōdam  
trāsisset  
prior lecto

Ioehapela  
Io cabela  
Iotopata